·mundus·
2 du. s. a{t} ſubſtantie. 2° a moueo ues· quod ſemper eſt in continuo motu
et traſmutatione ſeu variabilitate eſt·
vnde mundanus/a/um· i· varius eſt·

exerceo· es·cui· citum·
ex· et arceo· ·actus· i· operari / experiri / extra arcere·
exercito as· ṡe·
exercitatus a um· i· ~~defatigatus~~
exercitus/a/um· proprie est deffatigatus
exercitatus ~~x~~ est artibus aſſuetus et inſtructus·   p· t· i· permultum
exercitus· tus· tui· i· Collectio hominum i· expeditione vnde hoc exercitum tui·
[pratica exercitio est·]
expeditio· · extra pedum poſitio / liberatio / explicatio / exolutio / conuentio ſeu gratientia· / proficuus/2 / vtilitas
expedio
iuxta i· expedit vt vnus moriatur homo pro populo·
ne tota gens pereat
exitus· finis· vnde omnis ep· exitus acta probat· Careat ſucceſſibus opto
morſ· vnde b· bern exitus est quo mundi gloria tendit est
iuxta id· nō ab ortu· ſed a ſolis occaſu dextre dies·
egreſſus· iuxta i· propheta· ps· 113· In exitu Iſrael de egypto est·
exitus pro exercitus per ſincopam

Epiſtola Bernhardi ſilueſtris ſuper gubernatione rei familiaris·

GRacioſo ac felici militi Raymundo domino caſtri ambroſij Bernhardus in ſeninm deductus ſalutem. Doceri petiiſti a nobis de modo ⁊ cura rei familiaris vtilius gubernāde ⁊ q̄liter p̄rfamilias debeāt ſe habere· ad q̄d tibi breuiter reſpōdem? ꝙ licet oīm rerū mundanarū ſtatus ⁊ exitus negotioꝝ ſub fortuna laboret non tñ ꝑpter hoc eſt viuēdi regula obmittenda· ¶ Audi ergo ⁊ attende ꝙ ſi in domo tua ſumptus ⁊ reddit? ſint equales caſus inopinatus de facili poterit deſtruere ſtatū tuum· Signū hoīs negligentis domus eſt ruinoſa· ¶ Quid eſt negligētia gubernantis domū· ignis in domo validus ⁊ acceſſus. Diſcute diligenter eoꝝ diligentiā ⁊ ꝑpoſitū q̄ tua miniſtrāt· Labenti ⁊ nondū lapſo facilius ſuccurrit̄. Minus verecūdum eſt abſtinere ꝙ̄ cadere· Sepius reuidere que ſua ſunt ⁊ quomodo ordinant̄ magna prudentia eſt· ¶ Cogita itaqꝫ de cibo ⁊ potu animaliū tuoꝝ nam eſuriunt ⁊ non petunt· ¶ Nuptie ſumptuoſe maximū damnum cum modico honore conferunt· Sumptus pro militia honorabilis eſt· Sumptus pro iuuādo amicos rationabilis eſt· Sumptus pro iuuando prodigos perditus eſt· Familiam tuam groſſo ⁊ non delicato cibo nutrias· Qui guloſus effectus eſt vir aliter ꝙ̄ in morte mores mutabit· Guloſitas vilis hominis ⁊ negligentis putredo eſt· Guloſitas ſolliciti et diligentis hominis ſolatium eſt· Diebus paſchalibus et alijs feſtiuis temporibus habundanter non tamen delicate familiam paſce· ¶ Fac gulam litigare cum burſa ⁊ caueas cuius aduocat? exiſtas aut inter gulam ⁊ burſam qualem ſententiam feras. Nam gula probat affectuoſis teſtibus non iuratis· burſa euidenter probat archa ⁊ cellario ⁊ granario vacuatis vel breui tempore vacuandis· Tunc male iudicat contra gulam quando auaricia burſam ligat· nunꝙ̄ recte inter gulam ⁊ burſam auaritia iudicabit· Quid eſt auaricia· ſui homicida·

Quid eſt auaricia· pauptatem timere ⁊ ſemp in paupertate viue
re. Recte viuit auarus in ſe nō perdens diuitias ſed alijs reſeruā
do· melius eſt enim alijs reſeruare q̄ in ſe pdere·
¶ Si habundas blado non dilige cariſtiam: q̄ diligens cariſti/
am cupit eſſe pauperum homicida. Uende bladum dum ſatis va/
let. non quando per pauperem emi non poteſt· vicinis tuis mino/
ri precio vende· etiaꝫ inimicis· quia non ſemp gladio ſed ſepe ſer/
uitio vincitur inimicus. Superbia contra vicinū venenuꝫ eſt ex
ſpectans tontruum cum ſagitta.
¶ Habēs inimicum conuerſationem nō habeas cū ignotis· ſed
ſemper cogita inimici tui vias. debilitas inimici nō eſt locus pa/
cis ſed treuga ad tempus· Si te ſecuras inimicum tuuꝫ non cogi/
tare ea que tu cogitas periculo te exponis· Si habes inimicū que/
re vnum oculum pro cuſtode.
¶ De feminis tuis ſuſpectis quid agant ignorantiā. non ſcienti/
am queras· Poſt q̄ ſciueris crimē male vxoris a nullo medico cu/
raberis. Dolorē de mala vxore tūc mitigabis quādo ideꝫ audias
de vxoribus alioꝝ. Cor nobile ⁊ altū non inquirit de factis mulie/
rum. Malā vxoreꝫ poti⁹ riſu q̄ baculo caſtigabis· Femīa ſenex ⁊
meretrix ſi lex permitteret ſepeliēda viua eſſet. ¶ De veſtibus
teneas q̄ veſtis ſumptuoſa pbatio eſt pauci ſenſus. veſtis nimis
apparēs vicini cito tediū parit· Stude bonitate placere. nō veſte
Mulieris petitio habētis veſtes ⁊ veſtes querētis nō indicat fir/
mitatem. ¶ De amicis teneas q̄ magis eſt amicus ⁊ potius q̄
ſua tribuit q̄ qui ſeipm̄ offert· Naꝫ de verbis magna eſt copia ami/
coꝝ. Amicuꝫ nō reputes qui te pñtem laudauerit· Si ꝯſulis ami/
co amico tuo non queras cōplacere ei ſed ratiōi· Dicas amico in
conſulēdo ſic mihi videt. nō preciſe ſic agendum eſt· quoniam de
malo exitu conſilij redargutio facilius ſequitur q̄ de bono laus·
Audiui q̄ viſitant te ioculatores ⁊ ideo attende que inde ſequū/
tur. Homo ioculatoribus intentus cito habebit vxoreꝫ cui nomē
erit paupertas ex qua generabitur filius cui nomen erit deriſio·
Placet tibi audire verba ioculatoris finge te non audire ⁊ aliud

cogitare. Ridens ⁊ gaudens de ꝟbis ioculatoris iã ſibi pign⁹ de
dit vt citius rideat. Joculatores im ꝑperãtes mala digni ſunt ſu
ſpendio. Quis eſt ioculator malũ improperãs a im homicide ſecũ
portãs. Joculatoris inſtrumẽta deo nõ placuerũt.

¶ Notandum eſt de famulis famulũ alti cordis repelle vt futurũ
inimicũ famulum tuis moribus blãdientẽ repelle famulo te vici
no laudanti reſiſtas aliter te decepiſſe cogitat. famuluz de facili
verecũdantem dilige vt filium.

¶ Si edificare domũ vis inducat neceſſitas ⁊ nõ voluptas. Cu
piditas edificandi edificando non tollit̃. ſed augetur. Nimia et
inordinata edificandi cupiditas parat ⁊ expectat edificiorum vẽ
ditionem. Turris completa ⁊ archa euacuata faciunt ſed valde
tarde hominem ſapientem.

¶ De venditione nota ſi vendere vis aliqñd caue ne partem he
reditatis vendas te potentiori ſed potius minori precio te mino
ri aut tuo pari. totum aũt vende plus offerenti. Melius eſt grauẽ
pati famem ꝙ̃ patrimonij venditionem ſed melius eſt vẽdere ꝙ̃
vſuris ſubicere. Quid eſt vſura. venenum patrimonij. Quid eſt
vſurarius. legalis latro predicans quod intendit. Nihil emas in
conſorte potentioris. Paruum conſortem patienter ſuſtineas ne
tibi ſociet forciorem.

¶ Queſiuiſti de vſu vini. Qui in diuerſitate ⁊ habũdãtia vino
rũ ſobrius eſt ille terrenus deus eſt. Ebrietas nihil recte facit ni
ſi cũ cadit in luto. Sentis vinũ fuge conſortiũ. quere ſomnũ po
tius ꝙ̃ colloquiũ. Qui ſe ebrium verbis excuſat ebrietatem ſuam
aperte excuſat. Male ſedet in iuuene vinum cognoſcere. ¶ Fuge
medicum ebrium. Ac ve tibi a medico volente in te experiri qua
liter alios de ſimili morbo curabit. ¶ Canes valde paruos dimit
te clericis ⁊ reginis. Canes cuſtodes vtiles ſunt. Canes ad ve
nandum plus conſtant ꝙ̃ conferunt. Habes filium diſpenſato
rem bonorum tuorum illum non conſtituas. ¶ Sed tu dices ſi ad
uerſetur fortuna qd prodeſt viuendi doctrina. Audi quid de hoc
vidi ſtultos obmittẽtes diligentiã ⁊ tandẽ ſe excuſantes ſub for

Quod nimis patris patienter ferre memento.
Quomodo reus tibi sis ipse te judice damna.

tuna.ſed ſeruans doctrinam raro accuſabit fortunā.raro eñ diligentiā cum infortunio ſociabis.ſed rarius in fortunū a pigricia ſepabis.Exſpectat piger ſibi a deo ſubueniri.qui in mūdo iſto vigilare precepit. Tu ergo vigila.⁊ leuitatem expendendi cum grauitate lucrandi compenſa.

¶Appropinquat ſenectus.conſulo ꝙ deo potius ꝙ̄ tuo filio te cōmittas. Diſponis legata.conſulo ꝙ primo ſeruitoribus ⁊ creditoribus tuis ꝙ̄ ſacerdotibus ſolui mādes.Diligētibus perſonā tuā nō ꝯmittas aīāʒ tuā.ſʒ ꝯmitte aīaʒ tuā diligētib⁹ aīaʒ ſuā.Debes diſpōere de reb⁹ tuis añ morbū.q2 ſepe ꝯs efficit infirmitatis ſeruus.⁊ ſeruus teſtari nō poteſt.liber ergo teſteris antequā ſeruus efficiaris.¶Sufficiat tibi ꝙ de te dcm̄ ē.De filijs audi.Mortuo patre ꝙrunt diuiſionē filij.Si nobiles ac potentū filij ſunt melior eſt eoꝝ ſepe per mundū diſperſio ꝙ̄ hereditatis diuiſio.Nam ſepe eſt eoꝝ generis diſſolutio hmōi hereditatis diuiſio.Si laboratores ſunt faciant quod velint. Si mercatores ſunt tutior eſt eis diuiſio ꝙ̄ communio.ne vnius infortuniuʒ aliis imputetur.

¶Mater vidua forſitan remaritari querit.ſtulte agit.ſʒ (vt peccata ſua deploret) vtinam ipſa ſenex accipiat iuuenem.qui nedum ipſam.ſed (que ſua ſunt) abiciat ⁊ conſumat.quibus abiectis bibat cum eo doloris calicem quem optauit.ad queʒ eam perducat ſua damnabilis ſenectus.

Explicit tractatus de gubernatione
rei familiaris feliciter.

Quatuor ſunt que per rectorem familie obſeruari conueniunt.

.Sub timore congruo familiam tenere.
.Alimenta iuxta redditus exhibere.
.Mores quoſcꝫ iuſtos docere.
.In domo hilarem temperate ſe exibere.